

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2. Vtr[u]m per baptismum liberetur homo ab omni pœna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

QVAEST. LXIX.

QVAESTIO LXIX.

De effectibus baptismi in decem articulos diuisa.

DE INDE considerandum est de effectibus baptismi.

ET circa hoc queruntur decem.

¶ Primo, Vtrum per baptismum auferantur omnia peccata.

¶ Secundo, Vtrum per baptismum liberetur homo ab omni poena.

¶ Tertio, Vtrum baptismus auferat penalitates huius uitæ.

¶ Quartu, Vtrum per baptismum conferantur homini gratiae & uirtutes.

¶ Quinto, De effectibus uirtutum, qui per baptismum conferantur.

¶ Sexto, Vtrum etiam paruuli in baptismo gratias & uirtutes accipiant.

¶ Septimo, Vtrum per baptismum aperiatur baptizatus ianua regni caelstis.

¶ Octavo, Vtrum baptismus aequaliter effectum habeat in omnibus baptizatis.

¶ Nonno, Vtrum fictio impedit effectum baptismi.

¶ Decimo, Vtrum recentefactione, baptismus obtineat suum effectum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum per baptismum tollantur omnia peccata.

AD PRIMVM sic procedit. Vr. q. per baptismum non tollantur omnia peccata. Baptismus enim est quædam spiritualis regeneratio, qua contrapponitur generationi carnali: sed per generationem carnalem homo cōtrahit solum originale peccatum, ergo per baptismum soluitur solum originale peccatum.

¶ 1 Præt. Pœnitentia est sufficiens causa remissio- nis actualium peccatorum: sed ante baptismum in adultis requiritur pœnitentia, secundum illud Act. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum. ergo baptismus nihil operatur circa remissionem actualium peccatorum.

¶ 2 Præt. Diuerorum morborum diversæ sunt medicinæ: quia sicut Hieron. * dicit, non sanat oculum, quod sanat calcaneum: sed peccatum originale, quod per baptismum tollitur, est aliud genus peccati a peccato actuali. ergo non omnia peccata remittuntur per baptismum.

SED CONTRA est, quod dicitur Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabitini ab omnibus iniquitatibus uestris.

RESPON. Dicendum, quod sicut Apostolus dicit Rom. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et postea concludit, Ita & vos existimate mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu domino nostro. Ex quo patet, quod per baptismum homo moritur vetustati peccati, & incipit uiuere nouitati gratia: omne autem peccatum ad pristinam ueritatem pertinet. unde consequens est, quod omne peccatum per baptismum tollatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q. sicut Apostolus dicit Roma. 5. Peccatum Ad non tantum potest, quantum potest donum Christi, quod in baptismio percipitur. Nam iudicium ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delicias in iustificationem. vnde & Aug. * dicit in lib. de baptismo paruolorum, quod generante carne tantummodo trahitur peccatum originale: regenerante

ARTIC. I. ET II.

F autem spiritu, non solum originalium, sed etiam voluntariorum fit remissio peccatorum.

AD SECUNDVM dicendum, quod nullus peccati remissio fieri potest, nisi per uirtutem passionis Christi: vnde & Apostolus dicit Hebr. 9. q. sine sanguinis effusioni non fit remissio. vnde motus humanae voluntatis, qui est in penitente, non sufficeret ad remissionem culpe, nisi ad eam fides passionis Christi, & propositum participandi ipsam, uel suscipiendo baptismum, uel subiiciendo se clauibus ecclesiæ: & ideo quando aliquis adulterus penitens ad baptismum accedit, consequitur quidem remissionem omnium peccatorum ex proposito baptismi: perfectius autem ex reali iusceptione baptismi.

AD TERTIUM dicendum, quod ratio illa procedit de particularibus medicinis: baptismus autem operatur in uirtute passionis Christi, quæ est universalis medicina omnium peccatorum: & ideo per baptismum omnia peccata tolluntur.

ARTICVLVS II.

Vtrum per baptismum liberetur homo ab omni reatu peccati.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod per baptismum non liberetur homo ab omni reatu peccati. Dicit enim Apostolus Ro. 13. Quia a Deo sunt, ordinata sunt sed culpa non ordinatur, nisi per peccata, ut August. * dicit. ergo per baptismum non tollitur reatus pena præcedentium peccatorum.

¶ 1 Præt. Effectus sacramenti aliquam similitudinem habet cum ipso sacramento: quia sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant, ut supra * dicit: sed ablution baptismalis habet quidem aliquam similitudinem cum ablutione maculæ: nullam autem similitudinem habere videtur cum subtractione reatus penæ. non ergo per baptismum tollitur reatus penæ.

¶ 2 Præt. Sublato reatu pena, aliquis non remanet dignus pena, & ita iniustum esset eum puniri. si igitur per baptismum tollitur reatus pena, iniustum esset, post baptismum suspendere latronem, qui ante homicidium commisit, & ita per baptismum tolleretur rigor humanæ disciplinæ, quod est inconveniens. non ergo per baptismum tollitur reatus pena.

SED CONTRA est, quod Ambr. * dicit super illud Rom. 11. Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei, Gratia, inquit, Dei in baptismo gratis omnia condonat.

RESPON. Dicendum, quod, sicut supra * dicit, est, per baptismum aliquis incorporatur passioni, & morti Christi, secundum illud Rom. 6. Si mortui sumus cum Christo, credimus, quia simul etiam uiuemus cum eo. ex quo patet, quod omni baptizato communicatur passio Christi ad remedium, ac si ipse passus & mortuus esset. Passio autem Christi, sicut dictum est, * est sufficiens satisfactio pro omnibus peccatis omnium hominum: & ideo ille, qui baptizatur, liberatur a reatu totius penæ, sibi debite pro peccatis, ac si sufficienter latisseficeret pro omnibus peccatis suis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod, quia pena passionis Christi communicatur baptizato, inquit, quantum sit membrum Christi, ac si ipse penam illam sustinuisset, ideo cuius peccata remanent ordinata per penam passionis Christi.

AD

AD SECUNDVM dicendum, q̄ aqua non solū abluit, sed etiam refrigerat. & ita suo refrigerio significat subtractionem reatus poenæ, sicut sua ablatione significat emundatione a culpa.

AD TERTIVM dicendum, quod in penitentia, quæ iudicio humano inferuntur, non solum attenditur qua poena sit homo dignus quo ad Deum, sed etiam in quo sit obligatus quo ad homines, qui læsi & scandalizati sunt per peccatum alicuius. & ideo licet homicida per baptismum liberetur a reatu poenæ quo ad Deum, remanet tamen obligatus adhuc quo ad homines, quos iussum est edificari de poena sicut sunt scandalizati de culpa: pie tamen talibus principes posset penitentiam indulgere.

ARTICVLVS III.

vnum per baptismum debeat auferri penalitates presentis uite.

A D TERTIVM sic proceditur. Videlut, q̄ per baptismum debeant auferri penalitates presentis uite. Vt enim Apostolus dicit Rom. 5. Donum Christi potentius est, quam peccatum Ad: sed per peccatum Ad: (ut ibidē Apostolus dicit) mors in hunc mundum intravit, & per consequens omnes & in aliis penalitates presentis uite. ergo multo magis perdonum Christi, quod in baptismo percipitur, homo a penalitatibus presentis uite debet liberari.

C ¶ Præt. Baptismus auferit, & culpam originalem & actualē, sicut supra dictum est: * sic autem auferat actualē culpam, q̄ liberat ab omni reatu pena consequente actualē culpam. ergo etiam liberat a penalitatibus presentis uite, quæ sunt pena originalis peccati.

¶ 3. Pret. Remota causa, remouetur effectus: sed causa harum penalitatum est peccatum originale, quod tollitur per baptismum. ergo non debent huiusmodi penalitates remanere.

SED CONTRA est, q̄ super illud Rom. 6. Destruatur corpus peccati, dicit gl. * Per baptismum id agitur, ut uestis homo crucigatur, & corpus peccati destruitur, non ita ut in ipso viuente carnis concupiscentia relisperit & innata, repente absimilatur, & non sit: sed ne oblitus mortuo, quæ inerat nato. ergo paratione, nec alia penalitates per baptismum tolluntur.

RESPON. Dicendum, q̄ baptismus habet uirtutem auferendi penalitates presentis uite, non tamen eas auferit in presenti uite: sed eius uirtute auferentur a iustis in resurrectione, quando mortale hoc inducit immortalitatē, ut dicitur prima Cor. 15. Et hoc rationabiliter, primo quidem: quia per baptismum homo incorporatur Christo, & efficiuntur membrum eius, ut supra dictum est: * & ideo conueniens est, ut id agatur in membro incorporato, quod est actum in capite. Christus autem a principio sue conceptionis sui plenus gratia & ueritate: habuit tamen corpus possibile, quod post passionem & mortem cit ad uitam gloriosam resuscitatum, unde & Christianus in baptismo gratiam consequitur, quantum ad animam: habet tamen corpus passibile, in quo pro Christo posuit pati, sed tamē relinquitur ad impassibilem uitam, vnde Apostolus dicit Rom. 8. Qui suscitauit Iesum Christum mortuis, uiuiscabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. & infra eodem, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & simul

A glorificemur. Secundo hoc est conueniens, propter spirituale exercitium, ut videlicet contra concupiscentiam, & alias passibilites pugnans homo, victoria coronam acciperet, unde super illud Roma. 6. Ut destruatur corpus peccati, dicit gloss. * Si post baptismum uixerit homo in carne, habet concupiscentiam cum qua pugnat, eamque adiuuante Deo superet: in cuius figurā dicitur Iudic. 3. Haec sunt gentes, quas dominus dereliquit, ut erudit in eis Israelem, & postea disserent filii eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem praeliandi. Tertio hoc fuit conueniens, ne homines ad baptismum accederent propter impassibilitatem praesentis uite, & non propter gloriam uita eterna, unde & Apostolus dicit primæ Cor. 15. Si in hac uitantum sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ (sicut gloss. dicit Rom. 6. super illud) Ut ultra non seruiamus peccato, sicut aliquis capiens hostem atrocissimum, non statim interficit eum, sed patitur eum cum dede core & dolore aliquantulum uiuere, ita & Christus penitentia prius alligavit, in futuro autem perimet.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ sicut ibidem dicit gloss. * duplex est pena peccati, gehennalis & temporalis. Gehennalem prorsus deleuit Christus, ut eam non sentiant baptizati & uere penitentes: temporealem uero nondum penitus tulit: manet enim fames, sitis & mors, & huiusmodi: sed regnum & dominium cius deiecit, ut scilicet hoc homo non tineat, & tandem in nouissimo candem penitus exterminabit.

AD TERTIVM dicendum, q̄ (sicut in secunda parte dictum est) peccatum originale hoc modo procesit, q̄ primo persona infecit naturam, postmodum uero natura infecit personam: Christus uero conuerso ordine prius reparat id, quod personæ est, & postmodum simili in omnibus reparabit id, quod naturæ est: & ideo culpam originalis peccati, & etiam penitentia carentia visionis diuinæ, quæ respiciunt personam, statim per baptismum tollit ab homine: sed penalitates presentis uite (sicut mors, fames, sitis, & alia huiusmodi) respiciunt naturam, ex cuius principijs causantur, prout est destituta originali iustitia: & ideo isti defectus non tollentur, nisi in ultima reparatione naturæ, per resurrectiōnem gloriosem.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum per baptismum conferantur homini gratia & uirtutes.

A D QUARTVM sic proceditur. Vr, q̄ per baptismum non conferantur homini gratia & uirtutes: quia sicut supra dictum est, * facia nouæ legis efficiunt quod figurant: sed per ablationem baptismi significatur emundatio animæ a culpa, non autem informatio animæ per gratiam & uirtutes. Videlur igitur, quod per baptismum non conferantur homini gratia & uirtutes.

¶ 2 Præt. Illud, quod iam aliquis adeptus est, non indiget iterum uesticipere: sed aliqui accedunt ad baptismum, iam habentes gratiam & uirtutes: sicut Act. 10. legitur, vir quidam erat in Cesarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur italica, religiosus & timens Deum: qui tamen postea a Petro baptizatus est, non ergo per baptismum conferuntur gratia & uirtutes.

¶ 3 Præt.

Eft Aug. lib.
1. de baptif.
paruu. c. 39.
circa princ.
to. 7.

gl. ord. super
illud ad R. o.
s. h. n. n. t.
simil. crucif.

Infra q. 71. ar.
11. 3. cor. Et 4.

d. 3. ar. 1. q. 3.

c & q. 3. ar. 1.

q. 2. ad 2. &

d. 4. q. 2. ar. 2.

q. 2. & d. 9. ar.

t. 1. q. 2. cor.

Et d. 18. q. 1.

ar. 3. q. 1. cor.

q. 6. 6. ar. 2. &

6. 3. ar. 3. & q.

præc. ar. 2. 2.

4. loup. 1. 1.